BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 173v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



omnia que in circuitu sanctorum
sunt. Et inferebant plagam et
magnam ciuitati. et collocauit in
ea uiros iudeos ad tutamentum
regionis. et ciuitatis. et exaltauit
muros in hierusalem. et rex demetrius
statuit illi summum sacerdotium
Secundum hec fecit eum amicum su
um. et glorificauit eum gloria mag
na. audiuit enim quod appellati
sunt iudei amici aromanis. et so
cii et fratres. et quia susceperunt
legatos symonis gloriose et quia
iudei et sacerdotes eorum consen
serunt eum esse ducem suum et
summum sacerdotem in eternum. do
nec exurgat propheta fidelis. et ut
sit super eos dux. et ut cura esset
illi pro sanctis et ut constituerent
prepositos super opera eorum et super
regionem. et super arma. et super pre
sidia. et cura sit illi de sanctis. et ut
audiatur ab hominibus et ut scri
bantur in nomine eius omnes
conscriptiones regionis. et ut ope
riatur auro et purpura. et ne lice
at ulli ex populo et ex sacerdotibus
irritum facere aliquid horum.
et contradicere his que ab eo di
cuntur. Aut conuocare conuen
tum in regione sine ipso. et uestiri
purpura et uti fibula aurea. Qui
autem fecerit hec extra. aut irritum
fecerit aliquid horum reus erit
mortis. Et complacuit omni po
pulo statuere symonem. et facere
secundum uerba ista. Et suscepit
symon. et placuit ut summo sa
cerdotio fungeretur. et esset dux et
princeps genti iudeorum. et sacer
dotum et preesset omnibus. et scriptu
ram istam dixerunt ponere in tab
ulis ereis. et ponere eas in peribo
lo sanctorum in loco celebri. Et exem
plum autem eorum ponere in erario
ut habeat symon et filii eius.

LVI

Et misit
rex antyochus filius demetri
epistolas ad insulas maris sy
moni sacerdoti. et principi gentis iu
deorum. et uniuerse genti. et erant con
tinentes hunc modum. Rex anty
ochus symoni sacerdoti magno et
genti iudeorum salutem. Quoniam
quidem pestilentes optinuerunt
regnum patrum nostrorum. Volo
autem uindicare et restituere regnum
illud sicut antea erat electum feci mul
titudinem exercitus. et feci naues
bellicas. Volo autem procedere per regi
ones et ulciscar in eos qui corrupe
runt regionem. et qui desolauerunt
ciuitates multas in regno meo.
Nunc ergo statuo tibi omnes ob
lationes quas remiserunt tibi
ante me reges. et quecumque alia
dona remiserunt tibi. et permitto tibi
facere percussuram proprii numismata
tis in regione tua. Ierusalem autem
sanctam et liberam. et omnia arma
que fabricata sunt et presidia que
construxisti. que tenes maneant
tibi. et omne debitum regium. et que
sunt futura sunt regia ex hoc et
in totum tempus remittuntur tibi
Cum autem obtinuerimus regnum